

Heinrich Rudolph Redecker Johann Heinrich Hübsch

Disputatio Iuridica Inauguralis De Rescriptis Principum Sub Et Obreptitiis

Rostochii: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735223688>

Druck Freier  Zugang




Erlaß des Fürsten bei
Verheimlichung und
Falschdarstellung

R. U. für 1666

Ninrich Rudolf Redeker, Praes. 16
Johann Meinr. Nütseh, Resp.

Mit Beyg.



① Erlasse ② Verhauensbücher ③ Falsche Darstellung

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.

De

① RESCRIPTIS PRIN-
CIPUM / SVB ET OBRE ③
PTITIIS,

Quam,

*Divinâ Annuente Gratiâ,
Decreto, Authoritate, Permissis*

Magnifici Amplisimique Ordinis Jctorum, in Peran-
tiquâ & Celeberrimâ ad Varnum Academiâ,

P R Æ S I D E

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo, & Consulissimo

DN. HENRICO RUDOLPHO

Kedeker / J. U. Doctore & Professore P. p. t.

Universitatis Rectore Magnifico, & Facultatis Decano

**Spectabili, Sereniss. Ducis Mechl. Consiliario, & Con-
sistorii Ducalis Assessore gravissimo,**

Fautore & Hospite suo venerando,

PRO LICENTIA

**Summos in utroque jure honores, privilegia & insi-
gnia ritè consequendi,**

Solenni Literatorum examini subjicit

JOHANNES HENRICUS Hübisch

*promot. in Dr. A.
1667. 17. Octa*

Budissinâ Lusatus

In Auditorio Majori ad diem XIII. Novembris,

horis ante & pomeridianis

Rostochii, Typis IOHANNIS KILII, Acad, Typogr, Anno 1666.

DISPUTATIO JURIDICA
IN AUCURIALIS


RESERPTIS PRIN-
CIPUM SVB ET OBRE-
PTIIS

Quam

Divinae Annuae Graeciae

Decretis, Auctoritate, Permissis

Magnifico Amplissimo Juris Doctorum, in Praesentibus
Censuris & Censuris



Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo, & Consalutissimo

DR. HENRICO RUDOLPHO

Doctori, U. Doctore & Professore P. P. t.

Universitatis Rectoris Magnifico & Facultatis Decano

Speciatim, serenissime Ducis Mechl. Consilium & Con-

siliarii Ducalis Aulicis gravissimo

Favore & Hospicio suo venerando

PRO LICENTIA

Summos in modum iure honores, privilegia & immu-

nia tibi consequendi

seculum licentiam, examini subijci

JOHANNES HENRICUS RUDOLPHUS

Budisinae Lulanae

In Auditorio Rectoris & ex IIII. Novembrii

anno 1771

Rostochii, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1771

SI benè maturis delectant frugibus horti;
Omnia si Succo noxia cruda suo;
Cocta diu calidis sapida est si solibus uva:
Nec iuvat immiti dura labrusca botros;
Qui non, Hubschiades, nostripia portio cordis,
Sis cunctis sapidus, proficuusque bonis?
Multi Te soles, & longa exercuit æstas,
Cum per Apollineos ire daretur agros,
Nunc Te post varios casus, post aspera fata
Excoctum studiis, iudicioque Themis
Repperit, ac tandem (sic par est) exhibet orbi
Mactum, quo quondam, nomine dignus eras.
Maturus Doctor salve appellate Themistos,
Gratior, & crudis anteferende Viris,
Quantum matura crudis præcellere, quantum
Labruscis uva gratior esse solet.

Gratulabundus

*antiquæ fidei & virtutis Amico
fudit*

M. Bonaventura Rebesfeld /
Consistorii Hadersleb. Præpositus.




Si bene matris delectant frigidus horis;
 Omnia si succo noxia cruda suo;
 Coctam calidam sapida est si solibus uis;
 Nec iuvat immixta dura lapideis horis;
 Qui non, Habelchades, nostris portio cordis;
 Suis cunctis lapidibus, proficuumque bonis;
 Multi Te soles, & longa exercuit aetas;
 Cum per Apollineos ire daretur aëros;
 Nunc si e post varios calus, post alpera fata;
 Excoctum studius, iudicopae Themis;
 Repperit, ac tandem, exhibet orbi
 Mactum, quo dno...
 Maturus Doctor salu...
 Gratior, & cruda antecende Vitis;
 Quantum matris cruda praecellere, quantum
 Lapideis uis gratior esse solet.

Universitäts-
 Bibliothek
 Rostock

Gravilabundus

antiquae sibi & virtutis aëris
 salu

M. BONAVENTURA XIPHIOS
 Confessus Habelschelch Proprius





Auspicio Divino!

Thesis I.



Rescribo est iterum scribo, item reddo, sicut scribo est do: *Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3.*

Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ

Nodosi tabulas centum.

Scribere enim dicebantur creditores, cum credebant; hoc sensu interpretari possumus, quod ab Ulpiano scriptum est, in l. 9. §. 7. ff. de adm. int. Rescribere debitores, cum pecuniam

reddebant, illud mihi argentum jube rursus rescribi, ait Terent: in *Phorm: act. 2. S. 8. Horat. lib. 2. Serm.*

Puridim multo cerebrum est (mibi crede) Perillè

Dictantis quod Tu nunquam rescribere possis.

Rescribo etiam idem est ac respondeo, hinc J Cti rescripsisse dicuntur, quod consulentibus responderunt l. 29. ff. de Statu lib. 1. 78. ff. de contrab. empt. l. 2. §. 47. ibi publice primus scripsit ff. de Or. Jur. & Principes rescribere dicuntur ad libellum vel ad preces, l. 23. ff. de usufr. legat. l. 4. ff. de appel. recip. l. 17. ff. de jure Patron. Sic Divus Antoninus ad desideria Asianorum, & Divus Pius ad Æmilium Equestrem rescripserunt l. 1. §. 3. ff. ut in possess. Legat. Principes enim, non solum generales constitutiones, sed & speciales, edere solent, quæ quia literis mandantur, quibus Principes ad consultationes Præsidis Provinciæ l. 6. §. 9. ff. de injust. rupt. l. 8. §. ff. de Off. Præsid. vel impetrantium supplicationes respondent, Rescripta solent appellari, l. 1. C. de divers. Rescr. ita dicta, non quod iterum scribantur, sed quasi responsa scripta, per antonomasiam, preces enim præcedunt, & rescripta sequuntur l. 41. §. 7. ff. de Legat. 1.

A

quæ

que etiam sacri Principum afflatus, Sacra Rescripta, & Rescripta sacra-
rum constitutionum dicuntur l. 4. ff. de appell. recip. l. 43. ff. de act. empt.
Rescripta autem ea, an rescriptiones appelles, nihil interest, quia leges
utrâque appellatione utuntur l. 8. 9. ff. de Off. Præs. l. 45. §. 1. ff. de U-
sur. l. 7. §. 14. ff. de Admin. & per. Tur.

II.

Subreptitium, alii à subrependo deducunt, à surripiendo autem
dictum esse tradit *Nicolaus Perottus*, quod adprobat *Guliel. Budæus* in an-
notat. Pandect. ad l. 29. de L. Cornel. de fals. Inlinuatio surrepat animò,
maximè ubi frons caulæ non satis honesta est. *Quintil. l. 4. c. 1.* Jctis
usurpatur surrepere, quando per mendacem narrationem, vel reten-
tam veritatem, à principe aliquid impetratur, l. ult. in fin. C. Si nupt: ex
rescript. *Gothofr. in not. ad l. 29. ff. de L. Cornel. ad fals.* Unde subrepti-
tium dicitur, quod Principi expresso mendacio vel occulta veritate
subreptum est, quasi clam & occulte raptum, vel obrependo im-
petratum.

III.

Verbum *obreptitium* idem sortitur nomen suum ab obripiendo,
vel, quod tamèn non magnæ difficultatis est, ab obrependo. Est autem
reperere juxta terram ire, sicut serpentes, & quæcunque in brachiis non
elevantur, sed corpore repunt supra terram. Repit pectore & ventre,
vadit, dicit *Bonaventura* in 4. sentent. distinct. 15. Ideo fit, ut, quicquid
sensim fallit, id obrepere dicatur. *Juvenalis Satyr. 9.* Obrepat non intellecta
Senectus. *Cicero* in *Pisonem*; obrepisti ad honores errore hominum com-
mendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil præter co-
lorem, i. e. sefellisti Populum Romanum commendatione familiæ co-
gnomento frugi. Unde obrepere per anton: significat fallere, seu lacer-
ter & tacite advenire; & is dicitur obrepere, qui taciturnitate & reti-
centiâ veri aliquem circumvenit, qui id celat & reticet, quo expresso,
non esset postulata impetraturus, e. g. Si libertus, celans conditio-
nem suam, se arrogandum per obreptionem dederit l. 10. §. 2. ff. de in-
jus. vocand. Obreptio enim est reticentiâ, quâ quis alicujus ignoran-
tiam circumvenit l. 8. §. 1. ff. de negot. gest. Hinc obreptitium dici, quod
Principi per mendacium est obreptum, patet ex l. 1. §. 2. l. 5. §. 15. ff. de
reb. eorum l. 55. §. ult. ff. de Admin. & pericul. Sciendum autem hic est,
quod aliud est obrepere principii, & aliud mendosè narrare, quia

NON

non omnis is, qui mendose aliquid refert, obrepere dicitur.

IV.

Hinc Doctores inter se configunt, utrum hæc duo, *subreptitium* & *obreptitium*, synonyma sint, an potius distinguantur? Alii hoc affirmant, statuuntque preces subreptitias, quibus inest peccatum omissionis, quando taceretur veritas: seu subreptionem esse suppressionem veri; obreptitias autem, quibus inest peccatum commissionis, quando exprimitur scienter falsitas, adeoque obreptionem esse allegationem falsi adferant, *vid. wesenb. C. de precib. Imper. n. 38. item C. de divers. resc. n. 3. & ibi alleg. Auth.* Quod per mendacium impetratum est, non valet sive subreptum sit Principi tacitè scilicet veritate, sive obreptum i. e. expresso mendacio, *dicit Perez. in C. n. 2. Si contra jus vel utilit. ita Abbas. in c. cum dilecta. n. 15. de Rescript. Barb. ad c. 20. d. 1.* communemque hanc esse opinionem testatur *Berous in c. super literis. lect. 1. n. 1. in fin. & lect. 2. n. 1.* Alii indifferenter istis utuntur vocabulis, quia inter ista, secundum veram opinionem, quæ fundamentum in jure habet, quam & ego veritatis studio sequor, nulla est differentia, uti videre est *ex l. 2. C. Si contra jus vel utilit. l. 1. C. Si nupt. ex resc. vide Rebuff. in comment. ad regias const. tom. 2. tit. de Rescr. in præfat. n. 125. Zoef. Comment. in lib. 1. Decret. tit. 3. de Rescript. n. 28. Menoch. in tract. de arbit. judic. lib. 2. cent. 3. cas. 201. n. 10.* Patet præterea hoc *ex l. 10. §. 2. ff. de in jus. vocand. & l. 29. §. 2. ff. Mand.* Ubi obreptio appellatur, si quis celat conditionem suam & tacet veritatem. Imo ex sententiâ Ciceronis, Plinii aliorumque, verbum sub & obreptionis idem significare dicit *Guliel. Budæus d. loco. junde Trentac. tit. de Rescr. res. 5.*

V.

Definiri possunt Rescripta sub & obreptitia, quod sint, *Responsa Principis, vel ejus qui respondendi potestatem habet, ad preces suppressa veritate, vel expresso falso, concessa. Cujac. ad Parat. C. de Precib. Imp. off.* Rescripti appellatione omne Principis responsum venit, licet vocabulo strictè sumto Rescriptum sit, quo secundum jus commune, supplicanti de jure suo responderetur, cujus diversæ sunt species; Annotationes, quæ videntur esse subscriptiones Principis ad libellum privatæ personæ, de privato negotio; Epistolæ, quæ sunt rescripta Principis ad Præsidis relationem, de negotio dubio factam; & Pragmaticæ sanctiones, quæ sunt

Def

Sacræ Principis iustiones, quæ de publico negotio, ex concilii sententiâ, ad alienas preces, non privati alicujus, sed universitatis emittuntur. *Lult. §. 1. C. de divers. Rescr. C. 1. A. sb. 33. de const. Princip.* Hic autem ita limitur rescriptum, ut non tantum spectet ad lites & iustitiæ causas, sed etiam ad gratiæ concessionem, ut si Princeps, vel magistratus, alicui quid indulserit, gratiamque fecerit; cujus ordinis sunt beneficia Principis, quæ dari solent ad dignitates & administrationes, tam civiles quam ecclesiasticas; item privilegia, quæ contra jus commune vel saltem præter jus dantur, cum sint privata lex, aliquid speciale concedens, *Agell. i. 6. §. 20.* unde per jus singulare rectè definiuntur, *l. 16. ff. de LL.* Sub quò nomine, latius sumto, etiam aliæ continentur gratiæ, ut dispensationes, quod frequenter ad unum duntaxat actum sc. matrimonii, restitutionis, legitimationis, salui conductus debitoris, & gratiæ; à pœna perpetrati criminis, dentur. Sic in Regno Daniæ; ad preces, facultas subditis, contra jus consuetudinarium, ex speciali Regis Serenissimi gratiâ, de plenitudine potestatis tribuitur, ut testamentum facere, mortis causâ donare, legare, pacta dotalia inire, aliosque ejusmodi actus celebrare queant. *Principis* vocabulum in jure Justiniano Imperatorem duntaxat denotat, secundum excellentiam regiminis *§. 6. §. de §. N. G. & C. l. 37. ff. de legib. l. 4. C. eod. rubr. & 11. ff. de Const. Princip.* Hodie autem generalis vox est, & præprimis illis tribuitur, qui ab Imperatore, de Principatu sunt investiti, Nec hi tantum rescribendi potestatem habent; verum etiam omnes illi, quibus jus territoriale competit, qui hac ratione, inspecto sel jure quod habent Principis nomine veniunt. *Limn. 4. de §. P. 2 n. §. Dan Ott de §. P. c. 18. cl. 4.* Sub præsum nomine hic intelligimus omnes consultationes, relationes, intimationes, conquestrationes, supplicationes & quod aliàs, quocunque etiam modo, alicui superiori, qui decernere potest, insinuat.

VI.

Uti autem rescriptorum, Alia sunt contentiosa, sive ad lites, quæ vulgò dicuntur iustitiæ, quod iis agatur, ut jus aliquod quis consequatur; Alia gratiosa, sive ad beneficia, quæ vulgò appellantur gratiæ, quia gratis quid datur, aut potius quia gratia fit *l. 2. & 4. C. de divers. rescript. l. 5. 7. C. de precibus Imp. offer.* quatenus sel. is, cui ea de re facultas est, contra jus commune, alicui aliquid concedit *l. 15. ff. de LL.* Alia perennia, quæ perpetuam, quâ perennem habent firmitatem, cum ten-

dant

dant ad juris communis conservationem, nisi vel expressum sit tempus, intra quod eis uti quis possit *l. 2. C. de divers. resc. vel intra annum iis uti, per malitiam vel negligentiam, quis distulerit. c. 9. 23. x. de Rescript.* Alia annua, vel amplioris temporis, quæ finito termino nullius sunt roboris vel efficaciar, nisi executioni mandata sint. *Tulden in suo Cod. de divers. rescript. n. 2.* Alia originalia, alia exempla *l. 3. C. de divers. resc.* Alia revocabilia, quæ expirant morte Principis concedentis, si res tunc sit integra, *i. e. si ante mortem Principis super illis processum non fuerit l. 6. ff. de Jurisd. l. 7. ff. de Judic. c. 19. 20. x. de Offic. Judic. deleg.* alia irrevocabilia, quæ, pro ratione temporis & status, revocari, propter insertam clausulam possunt; Alia pura, quæ in continenti, Alia conditionata, quæ non valent, nisi conditione existente, & impletâ. *Decian. consil. 36. vol. 3.* Alia ordinatoria, alia decisoria, *Costa de scientiâ cent. 2. dist. 16.* Alia realia, alia personalia *l. 196 ff. de R. J. §. 6. J. de J. N. G. & C.* quorum differentia à transitione ad heredes desumitur.

VII.

Ita etiam rescripta, quæ per sub & obreptionem impetrantur, à variis causarum figuris, variam admittunt divisionem; in hoc tamen à rescriptis veris separantur, quod ex occulta & suppressa veritate fluxerint, adeo quæ veris rescriptis, tanquam contraria opponuntur, *ves in tit. C. de divers. rescript. in fine.* in illisque hæc distinctio probe attendenda, quod alia sint impetrata per ignorantiam, alia autem per fraudem & dolosam machinationem; *c. super literis x. de Rescript. Aug. Barb. ad c. significanti 34. d. 1. n. 4.* quæ tamen non præsumitur, *Barb. ad c. 20. n. 5. d. 1.*

VIII.

Rescripta autem gratiæ & justitiæ, sicut in multis conveniunt, ita etiam in multis differunt. *Rebuffus per multas recenset differentias notabiles in praxi beneficiorum tit. differentia inter rescripta gratiæ & justitiæ n. 2. & in comment. ad const. regias tom. 2. tit. de Rescript. in præfat. n. 128.* Unam talem ex illis alteramve, in medium proferam. 1. Rescripta gratiæ sub & obreptione impetrata sunt ipso jure nulla, *c. 42. x. de Rescript. c. 2. x. de filii præbyter.* Justitiæ autem valent quidem & conferunt jurisdictionem, sed ope exceptionis irritantur & annullantur. Ratio discriminis hæc est, quia rescripta gratiæ odiosa sunt potius ob vitium ambitionis, quam illa justitiæ; Qui enim rescriptum gratiæ impetrat, certat

de lucro captando, & honores ambit, qui verò justitiæ, id solum facie
juris sui vel defendendi vel prosequendi causâ. *Menoch. de arbitrar. judic.*
lib. 2. cent. 3. cas. 201. n. 2. 3. Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. resol.
5. n. 2. de Rescript.

Deindè differunt ratione temporis; Nam in rescripto gratiæ in-
spiciendum est tempus concessionis, quo nempe illud à principe da-
tum est, *text. cum g'off. in c. instit. caus. 25. q. 2.* In illis autem rescriptis
ad lites, non attenditur tempus data, sed tempus præsentationis factæ
judici à parte. *4. ff. de Appel. recip. c. 29. X. de Appell. e. g. si duo disputant*
de beneficio à principe jure superioritatis concessio, is præferatur, qui
prior literas ad beneficium impetravit, non autem qui prior rescrip-
trum præsentavit. Zesius Comment. in libr. 1. Decret. tit. 3. de Rescript.
n. 19. Contrarium obtinere in rescripto justitiæ apparet *ex d. c. 29. x. de*
Appel. Est porro hæc notanda differentia inter rescriptum gratiæ &
justitiæ, quod uti privilegia, ita & gratiæ absolute concessæ, perpetuo
durent, nec intereant morte principis concedentis; Justitiæ vero re-
scripta plerumque sint annalia, ita ut, finito anno, nullius sint roboris,
nisi executioni mandata sint; Potest autem quis in hoc casu impetrare
litteras quas Galli vocant d' attache, ut non obstante anni lapsu rescrip-
trum executioni mandetur, *Christin. decis. curiæ Belg. vol. 2. dec. 78. n.*
2. Fachin. lib. 8. Controv. c. 65.

X.

Et hoc inter rescripta gratiæ & justitiæ interest, quod quæ gratiæ
sunt, non exigant causæ cognitionem, num justa vel injusta sit; cum
ex merâ gratiâ & liberalitate Principis procedant, disputare autem de
principali judicio in hoc casu non oportet, imò sacrilegii instar est
dubitare, an is dignus sit, quem elegerit, vel cui gratiam concesserit
Princeps *l. 5. C. de divers. Resc. l. 3. C. de crim. sacril.* At in rescriptis Ju-
stitiæ cognitio causæ exigitur, vocatis his *Sol.* quorum interest; namque
illis apponi solet, vel etiam subintelligitur hæc clausula, *si ita est, vel*
si constiterit, quæ causæ cognitionem probationesque admittit *l. 9.*
C. de Judic. Rebuff. d. l. Perez. in suo Cod. de divers. rescript. n. 3.

XI.

Efficiens Rescriptorum causa est Imperator, Rex, aliusque summam
habens Majestatem, Principes etiam imperii, & omnes Status, vigore
juris

juris territorialis, rescripta concedere possunt; inferiores autem non tam dicuntur rescribere quam decernere, quia in rescriptis suis, tam amplo effectu veluti clausulis ex certâ scientiâ, motu proprio, & ex plenitudine Potestatis uti nequeunt, *C. J. A. lib. 1. tit. 4. th. 17. Rauchbar. 2. quæst. n. n. 132. 133.* Potest tamen quisque Magistratus in causis scilicet juris, ad preces civium respondere, cum in iis, quæ sunt gratiæ, frustra inferiores, qui concedere nequeunt, adeantur. Hinc quaeritur, utrum iudex ea, quæ præcedente causæ cognitione statuit, & solenniter pronuntiavit, imposterum revocare, rescindere, corrigere aut mutare queat? Quod ex *l. 3. C. Comm. epist. l. 1. C. Sentent. rescind. l. 1. §. ult. in fin. ff. de quæst.* negamus, nisi per sub & obreptionem aliquid fuerit impetratum.

XII.

Quoniam certis tantum personis prohibetur, ad preces oblatas, rescriptum impetrare *c. 1. de Rescript.* consequens est, ut omnibus aliis, dummodò sint liberi & legitimam personam standi in iudicio habeant, *l. 1. C. Qui legit person. id permittatur l. 43 §. 2. ff. de Procur.* Prohibentur autem alii ob ætatis defectum, ut infantes, impuberes & adolescentes *l. 4. C. si adversus rem judic.* Alii ob conditione status, ut servi, qui tamen sicut ex certis causis in iudicio stare possunt *l. 53. ff. de Judic.* ita etiam iisdem ex causis, propter atrocitatem sceleris, ad supplicandum interdum admittuntur, ad vindicandam videlicet Domini sui necem *l. 1. 6. C. de precib. Imper. Offer.* Deinde ob poenam delicti, hæreticis *l. 1. §. 1. C. de summa Trin.* supplicandi facultas denegatur.

XIII.

Hinc est, quod literæ sive ex sint gratiæ, sive iustitiæ, veluti ad agendum ab excommunicatione impetratæ, ipso jure non valeant, si super alio articulo, quàm excommunicationis vel appellationis impetrentur *c. 7. X. de cler. ex comm. ministr.* Sui autem juris & defensio causæ ipsi petmittitur, non favore sui ipsius, nec enim jura illi favent ullo modo, verum id exigente & flagitante juris naturalis summa ratione, cum durum sit à sui defensione, naturaliter competenti, removeri, *c. 1. ubi Barb. de rescr. in 6. c. 5. x. de Except. l. 17. ff. de poen. Zaf. comm. l. 1. Decret. tit. 3. de Rescript. n. 9.* Alii denique impetrare prohibentur ratione rei *l. 3. C. de pagan. alii propter turpitudinem rei l. 1. & 2. C. Si nupt. ex rescr. alii propter legem prohibitam l. 2. 3. 4. 5. & 7. C. de prec. Imp. off. l. ult. C. Si contra jus. l. 10. C. de SS. Eccl. l. 1. C. ut lite pend. c. 3. x. de Rescript.* Si quis autem impe-

impetrauerit eiusmodi rescriptum, non valebit, nisi factâ speciali mentione illius legis, cui expresse derogare oporteat, nec sufficiet clausula generalis, non obstantibus e.g. Si quis duplicem militiam vel dignitatem, & militiam simul appetat, contra l. 5. C. Qui milit. pose. Si quis exemptionem à tributis desideret, contra l. 7. C. de annon & trib. Si quis immunitatem à vectigialibus petat, contra l. 6. 12. C. de vectig & comm. Hæc enim omnia, & quæ sunt ejus generis sexcenta alia, præ rescriptis sub & obreptitiis reputantur.

XIV.

Hic sicco pede preterire non possum, quod rescriptum vel suo vel alieno nomine petatur. Rescriptum justitiæ pro se quisque impetrat non etiam pro alio, nisi ad hoc mandatum habeat speciale; odiosum enim est lites sopitas resuscitare, uti & novas Dominis ignorantibus excitare l. ult. C. ut lite pendent. Rescriptum autem gratiæ pro alio recte impetratur sine mandato, favorabile enim est alicui gratiam & beneficium procurare etiam ignorantibus, cum per hoc nemini noceatur. c. 23. x. de præbend.

XV.

Rescriptorum causa impellens sunt preces supplicantium, quæ etiam vocantur supplicationes seu libelli supplices, qui Principi super aliquâ re impetrandâ offeruntur t. t. C. de precib. Imper. offer. l. 2. C. de Instit. & Subst. l. ult. C. ad sc. Turpil. Nam Princeps non temerè, sed per preces est adeundus; Sunt autem preces desiderium ejus, qui principale auxilium implorat, libello supplice comprehensum. C. l. A. C. l. l. i. tit. 4. th. 17. Pac. anal. C. lib. i. tit. 19. n. 2. Quando itaque Princeps proprio motu, & absque aliquâ petitione, per se aliquid concedit, tunc non potest allegari subreptio, cum nemo possit dici aliquid surripere, cum Princeps suapte sponte concedat, & sine prævia narratione. Trentac. tit. de rescr. l. i. rescr. n. 32. Debent proinde, ut rescriptum obreptitiû sit, præcedere preces, seu interpellatio per libellum facta, nec veritas esse adjecta, d. l. 29. ff. ad L. Corn. de Fals. l. 1. 2. C. si nupt. ex rescr. debet itaque in illis precibus verum esse suppressum, vel falsum expressum, quod etiam per perplexam & confusam fieri potest narrationem Menoch. de A. J. Q. cas. 201. n. 9. Grav. lib. 1. concl. 14. Aug. Barb. ad c. 20. x. de Rescr. nec subreptio per ignorantiam commissa omninò excusat Menoch. d. l. cas. 202.

XVI. Preces

XVI.

Preces autem secundum formam & stylum curiæ vel cancellariæ, ex consuetudine vel jure, concipiendæ sunt, & in iis omnes narrandæ sunt qualitates, propter quas non modo Princeps ad concedendum vel denegandum permoveri, sed etiã quibus ad faciilius difficilisque dandum denegandumque impelli potest, *Aug. Barb. ad d. c. 20. n. 9 Mart. Utran. lect. in tit. de rescr. c. 20. n. 15.* Nam jura ad evitandam subreptionem omnes causæ circumstantias jubent exprimi, *d. l. 1. 2. C. Si nupt. Zoes. commentar. in lib. 1. Decret. tit. 3. de rescr. n. 32, Wesenb. C. de precib. Imp. off. n. 6.* Aliæ autem in impetratione rescripti gratiæ, aliæ in rescriptis iustitiæ sunt exprimendæ qualitates, quas longâ serie & pulcro ordine recenset *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 3. cas. 202. n. 1. & seqq. Mascard. de probat. concl. 846. n. 8. Sanch. de Matr. D. 21. n. 16.* Hinc ne rescripta reddantur sub & obreptitia, (1.) Summa negotii in precibus, cum omnibus circumstantiis, & pariter cum simplici veritatis expressione, nunciatur. (2.) Conclusio & petitio iusta adjungatur. (3.) Instrumenta, quorum in precibus mentio fit, inserantur, vel certè verba, vis & sententia eorum omnium exprimantur, si de iis verbis inter partes dubitetur, *l. ult. C. de prec. Imp. offer.* Diem tamen & locum libellis adjici, substantialiale quidem non est, momentum tamen impetrationi affert haud leve.

XVII.

Ex hisce colligere licet qualitates precum sub & obreptitiarum, in quibus suppressitur veritas vel exprimitur falsitas, & tunc vel ex dolo, si quis falsâ & dolosâ utitur narratione, in sui utilitatem aut damnum, tertii *l. 29. ff. de L. Corn. de fals. vel ex errore, seu per simplicitatem, seu per ignorantiam, quæ regulariter præsumitur, Aug. Barb. ad c. 20. n. 20. Masc. concl. 532.* nempe si quis sine dolo, putans rem sic habere, falsa expressit, *l. 2. C. Si contra jus.* hic n. non potest videri dolo malo fuisse mentitus, nec animo d. capiendi Principis, qui per errorem tale mendacium expressit, *c. 20. X. de Rescr. ubi Barb.* Sicut nec is, qui non omnia expressit, quæ exprimi potuerunt, modò non consultò quid ex iis, quæ expressa potuissent Principem à concedendo rescripto prorsus revocare, vel eum reddere difficiliorẽ, tacuerit *l. 1. C. Si contra jus.* Gratia itaque reputatur surreptitia, quoties illa expressa in precibus non sunt, quæ fuissent expressa, aut Princeps contenta in illis non concessisset, aut

saltem ægrè, Mascard. de Probat. concl. 246. Covarr. Var. resol. c. 20. n. 5.
Cutt. QQ. Jur. can. l. 2. c. 15. n. 29. Menoch. d. 1.

XVIII.

Objectum circa quod, sunt res omnes, quæ concedi possunt, t. t. C. de pet. bon. subl. tam spirituales, quam profanæ, corporales & incorporales. Non tamen concedendæ res, juri, utilitati publicæ, & honestati adversæ, t. t. C. Si nupt. t. t. C. Si contra jus: l. 7. C. de precib. Imp. neque damnosæ fisco, l. 7. C. de annon. & tribut. quia publicæ privatis sunt anteferendæ, l. 3. C. de prec. Imp. l. ult. C. Si contra jus. neque eæ, quæ rebus judicatis, l. ult. C. ut lite pendente. & juri tertii adversantur l. 2. C. de prec. Imp. l. 2. C. Si contra jus. quia intentio Principis nunquam præsumitur velle aliquid absolute statuere contra jus, & ita juri alteri quæsito derogare, dum ejus rescripta cû justitiâ & salvo jure tertii h. e. semper intelligenda sunt, ut nemini injuriam faciat, nec jus tertii lædant, sed salvum & illæsum relinquunt, l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. pub. & si talia Princeps concessit, præsumitur per importunitatem impetrantis concessisse, vel ex falsis narratis circumventus esse, c. ult. X. de resc. l. 1. C. de pet. bon. subl. Quicquid autem ad importunitatem petentium concessum est, subrepticium censetur, quia quandoque per nimiam importunitatem Princeps etiam non concedenda concedit, adeoque sic obtenta non debent valere, Sanch. de matr. l. 4. D. 7. n. 4. Aug. Barb. ad c. 5. X. de Rescript. Trentac. resol. 6. tit. de Reser.

XIX.

Rescripta autem omnia respiciunt, vel publicum interesse, adeo ut etiam emanata contra jus, ob publicam utilitatem valeant, non factâ mentione de jure, Abb. in c. nonnulli, n. 11. vers. adde notabile. X. de resc. vel privatatum: Hæc spectant vel ad lites, e. g. quamvis lite pendente vel etiam latâ sententiâ rescripta concedi non soleant l. 3. & t. t. C. ut lite pend. tamen si subsit æquitas aliqua, è re natâ procedens, possunt concedi & concessa comprobari, Rebuff. ad const. reg. tit. de rest. art. 1. gl. 1. n. 20. modò in iis fiat mentio litis pendentiæ vel latæ sententiæ, cum clausulis consuetis; non obstant l' estat de la cause conclue en droict, rigueur de droict & coustume du pais contraire, ut tradit Bugnion leg. abrog. lib. 1. vel pertinent ad beneficia, quæ sunt juri communi nonaunquam contraria, veniuntque per viam privilegii; natura autem privilegii est derogare juri l. 16. ff. de LL. censetur autem privilegium communi juri dero-

derogare etiam absque aliquâ expressâ nominatione, *Alex. Trentac. var. resoll. lib. 1. res. 6. de Reser. n. 4.* modo non sit derogatorium juris in totum, sed in aliquo detrahendo vel limitando, e.g. quando differtur solutio creditorum ad annum vel quinquennium, per inducias moratorias, videlicet, ne intra id tempus à debitore exigatur, quod debet, maximè cum in morâ modici temporis non vertatur magnum præjudicium, nec auferatur, quod differtur, *l. 4. ubi Brunn. C. de prec. Imper. offer.*

XX.

Objectum autem in quo, quatenus rescripti' vox hic latè sumitur, varium est; modo mandatum, modo edictum, modo inhibitiō, modo literæ Principis, modo sententiæ & decreta quorumvis judicum, *Zanger. de except. p. 2. c. 17. n. 2.* Mandata autem illa & decreta non sunt unius generis, sed modo sine, modo cum clausulâ justificatoriâ, *Ord. Cam. part. 2 tit. 22. 23.* Quamvis enim hæc, ne ab executione incipiat processus *l. 1. C. de execut. rei judic.* non facillè concedantur, attamen si quid factum fuit, quod omni juris æquitate prohibitum est, admittuntur, *l. 5. §. 10. ubi Dd ff. de nov. oper. nunc. l. 13. §. 3. ff. de Usufr. O. Cam d. l. R. 1. de an. 1570. §. wann auch. Gail. 1. observ. 4. §. 13. Junge C, 1. A. ad tit. ff. de interd. n. 27.* Et quamvis ex Const. Imperii dicendum videatur, mandatis hisce exceptionem sub & obreptionis opponi haud posse, attamen ulu & stylo curiæ imperialis contrarium obtinuisse, inter Practicos receptum est, *arg. c. ult. X. de præsumt. DD. in l. 2. C. Si contra jus, Gail. 1. Observ. 14. Masc. de probat. V. 3. concl. 11 23.*

XXI.

Formam rescriptorum quod attinet *internam*, requiritur ad instantiam & falsam affirmationem supplicantis vel deprecantis, sive in juris narratione mendacium reperiat, sive in facti, sive in tacendi fraude, illa emissa esse *l. 2. C. Si contr. jus vel util. ubi Brunnem.* Reliqua requisita, quæ tamen rei essentiam non æque ingrediuntur, ipsis, cum aliis rescriptis, communia sunt, & quidem 1. Ut scripto, unde nomen habent, comprehendantur *l. pen. C. de divers. resc. 2.* Præponatur nomen Principis concedentis, qui que alias potestatem habet concedendi. *Nor. 47. 3.* Ut subscribat Princeps manu suâ, quod sacro encausto i. e. cocti muricis & triti conchylii ardore olim efficiebatur *d. l. pen. l. 3. C. d. t.* quæ tamen purpuræ inscriptionis solennia in usu esse desierunt. 4. Ut in majoris momenti causis majus Principis sigillum appendatur, quo ma-

gis lustrentur & confirmentur rescripta, *d. l. pen. C. d. t. 5.* Ut quaestor, qui hodie Concellarius est, vel etiam Secretarius intimioris consilii, subnotet, *Novell. 124. auth. Gloriosiss. ubi Brunnem. C. de div. resc. 6.* Annotatione etiam temporis, i. e. anni & diei, item loci, quo datum est rescriptum, *l. 4 C. de div. resc.* uti aliud quodlibet publicum instrumentum. *Schurf. Conf. 7. n. 6. conf. 17. n. 12.* opus habent.

XXII.

7. Ut exponantur causæ; Nam si omnes causæ, quibus Princeps in utramque partem commoveri potest, in precibus non exprimantur *c. 3. x. de Rescr.* rescripta sub & obreptionis argui possunt, *d. l. 2. C. si contr. jus.* quapropter Imperatores certis olim usi sunt clausulis, nimirum *Si ita est si constituerit, si apparuerit l. 3. C. de transact. Si vera sunt, quæ precibus amplexus es. l. 13. C. d. t.* tandem Imperator Zeno Augustus rescriptis hanc solennem inferere conditionem præcepit, *l. ult. C. de div. resc. Si preces veritate nitantur.*

XXIII.

Hic quaeritur, an inde rescriptum æstimetur sub & obreptionem, si absit clausula: *Si preces veritate nitantur?* Distinguo inter jus Civile & Canonicum; de jure civili est exprimenda hæc clausula ad rescripti valorem *d. l. ult. C. de div. resc. ubi Brunnem. Christ. V. 2. dec. 76. & dec. 29.* Quod ideo prospectum esse videtur, ne super voluntate Principis moveatur quaestio, cum nihil velit per obreptionem, quæ Princeps est, concedere, potest tamen, quæ potestatem, non obstante obreptione, petitis annuere, & tunc rescriptum si de veritate edoctus sit Princeps, valet. *Jacob. Meff. l. 1. de Just. Rom. leg. lib. 45.* Jure Canonico eam exprimi non est necesse, siquidem isto jure clausula isthæc subintelligitur rato manente rescripto, *c. 2. in fin. X. de Rescript. ubi Barb.*

XXIV.

Etenim & iudicis, ad quem rescripta diriguntur, est imprimis advertere, *num preces veritate nitantur?* Unde si narrata non sunt vera, quantum ad effectum cognoscendi de veritate precum, dicitur valere, sed cognita falsitate, rescriptum non valet de jure canonico, nec de jure civili. Equum enim est, ut mendax precator penitus careat impetratis, nec fraus sua ei patrocinetur *c. 20. x. de Rescr. l. 5. C. si contra jus vel.* Hinc rescriptum causæ cognitionem vetans est de falsitate suspectum, *d. c. de resc.* quia Imperator tuetur jura, ergo non est credendum, ipsum
per

per rescriptum hujusmodi velle ordinem judicarium, multis vigiliis excogitatum atque inventum, evertere l. 35. C. de in offic. testam.

XXV.

Subreptitia itaque sunt rescripta, in quibus causæ veritas desideratur, & in hoc essentialis illorum veritas subsistit. Quoniam autem in cuiusquam injuriam Princeps non amat tribuere beneficium, nec censetur id facere, nisi ex certâ causâ, unde plures rescriptis apponi solent clausulæ, e. g. clausula de plenitudine potestatis, quæ clausula efficacissima dicitur, ut omnes alias clausulas virtute suâ superet, *Schradervs consil. 37. deinde motu proprio; ex certâ scientiâ; non obstante quacumq; lege, quæ in contrarium loqueretur, vel in contrarium faceret; remotis quibuscumq; exceptionibus.* &c. Hinc quæritur an hæ clausulæ excludant vitium surreptionis? Respondit Dd. quod clausula hæc, de plenitudine potestatis vel motu proprio, vitium surreptionis regulariter tollat, quia tunc de iudicio Principis disputare superbum & ambitiosum foret l. 3. C. de crim. sacril. c. si motu proprio 23 x. de præb. dummodo causæ in concessione expressæ fuerint veræ, nec jus tertii lædant, aut lites, quib; liber stylus jure concedendus est, respiciant, *Trentac. l. 1. resol. 5. de Rescript n. 33. Et seqq.* Clausula autem ex certâ scientiâ, & reliquæ, eandem virtutem vix habent, nec vitium surreptionis per se purgant. *Cravett. cons. 68. n. 6. junge Trentac. d. l. resol. 6. per tot.*

XXVI.

Quæritur hic haud inconvenienter; An rescriptum, quod falsâ latinitate laborat, valeat? Quod de jure civili omnino negandum; quia incivile est & contra obsequium principi debitum, eum, de cuius voluntate & sententiâ constat, velle ad verborum subtilitatem adstringere, *arg. l. 7. C. de divers. resc.* verba enim rebus, non autem res verbis inserviunt. §. 29. *J. de legat.* quorsum enim sunt nomina, nisi ut demonstrent voluntatem loquentis, l. 7. §. 1. *ff. de supell. legat.* De jure Canonico tamen diversum obtinet, *per c. 11. X. de Rescr.* ibi enim manifestum in constructione peccatum fidem non habet. laterim hæc vitiosa constructio non debet esse singularis, sed communis, nec intelligi de verbis quibusdam barbaris, quippe quæ passim in corpore canonico occurrunt e. g. *tit. de Torneamentis, tit. de Treuga, Banna forisfacta* & centum id genus aliar; Sed de ipso constructionis vitio, quæ sensum implicat *arg. d. 8. ff. de aur. argent. mund. Masseni de just. LL. Rom.*

lib. 1. dub. 46. Quando itaq; tale vitium manifestum & notorium est, vitiatur rescriptum, non tantum quâ illam partem, sed in totum *Aug. Barbo. ad d. c. 11.*

XXVII.

Circa probationem Rescripti sub & obreptitii, magnus quidem hic sequitur DD. conflictus, quem adhibita distinctione *Trentacinq. d. l. n. 23.* dirimit; vel enim rescriptum illud respicit gratiam, vel lites; Si contra jus, illo casu, qui impetravit rescriptum probare debet, illud nec sub, nec obreptitium esse, cum dolus in illo præsumatur. *Hoc casu* autem concluditur, excipientem, seu rescripto se opponentem, illud obreptitium esse, probare debere *c. 2. X. de Rescript. nisi pro existentia taciturnitatis adsit præsumtio, Alciat. de præsumt. in reg. 3. pres. 3.* Quando autem quis assertat dolose falsum esse expressum, is, quatenus se fundat in affirmativa, eam probare debet *l. 2. ff. de probat.* quia dolus non præsumitur *l. 51. ff. pro Soc.* sed ex perspicuis indiciis, vel ut alii volunt, insidiis est probandus *l. 6. C. de dol. malo. l. 10. C. de resc. vend. Cothm. V. 2. conj. 58. n. 16. 17. 18.* Alii distinguunt inter falsum assertum, & inter verum suppressum, adeoq; hoc casu excipienti, illo autem impetranti, probandi onus imponunt *Brunnem. ad l. 5. C. si contr. jus. junge Masc. concl. 1128. Ruland. de Comm. p. 1. l. 2. n. 14.*

XXVIII.

Sequitur effectus rescriptorum sub & obreptitiorum, qui est primus vel secundus. Nam cum Imperatores in nonnullis causis ita inverecunda petentium inhiatione constringantur, ut etiam non concedenda tribuant, *l. 1. C. de petit. bon. subl.* ideo constitutum est, ut tale rescriptum non possit juris auxilium consequi, nec iudices debeant ei obtemperare, *c. 20. X. de Rescr.* Cum ex improbitate sua nemo aliquid lucrari, *l. 12. §. 1. ff. de fart.* nec quis ex delicto conditionem suam debeat facere meliorem, *l. 134. §. 1. ff. de R. J.* Inde dicitur, qui tale rescriptum impetravit, nihil agere, & scriptione uti non posse *d. l. 29. de E. Corn. de fals.* nec impetrationem rei, cujus est denegata petitio, sibi profuturam, *l. 2. C. si nupt. ex rescr. pet.* careat impetratis *l. 5. C. si contra jus vel.* nec fructum oraculi impetrati percipiat precator *l. 7. C. de div. rescr.* nec gratia subreptitia vires obtineat, *c. 23. de præbend.* nec impetrans commodum consequatur, *c. 20. X. de Rescript.*

XXIX.

Verum enim verò distinguendum est inter eum, qui per malitiam & fraudem exprimit falsum & tacet verum, is enim in sua perverfitatis pœnam

pœnam, nullum ex literis consequatur commodum; & inter eum, qui per ignorantiam aut simplicitatem rescriptum impetrat subrepticium, quod etiam nihil operatur, si Imperator cognitâ veritate non fuisset ita rescripturus, secus si nihilominus petitioni annuisset, *d. c. 20. x. de Rescr. n. 29.* Dolosa itaque surreptio vitiat rescriptum in totum, si autem processit ex simplicitate vel ignorantia, eatenus vitiat, quatenus fuit causa concessionis, inquit *Mart. Uranius lect. ad rit. de Rescr. c. 20. n. 1.* eleganter *Aug. Barb. ad d. c. 20.*

XXX.

Hinc quaeritur; An rescripta sub & obrepticia in totum vitientur? *si ex malitiâ, tacitâ veritate vel suggestâ falsitate impetrata fuerint, quoad omnes partes etiam distinctas & separatas corruunt, d. c. 20. adeoq; penitus careat impetratis mendax preceptor, l. 5. C. Si contra jus vel. quæ verba repetuntur inc. 15. x. de rescr. Si ex ignorantia aut simplicitate, illa duntaxat pars vitiat, in qua surreptio commissâ, non verò reliquæ & separatæ partes, c. si eo tempore. ubi Franch. de Rescript. x. d. c. 20. Barb. præcipue; nisi princeps idem, si scivisset, alias esset concessurus *Carc. de benef. p. 6. c. 2. n. 202. c. si motu proprio x. de Rescr. ubi Gl.* Uti enim dolus & calumniantium iniquitas expellenda, ita errantis excusanda est simplicitas; *Tiraquell. de pœn. tempor. caus. u. n. 2.* quæ etiam communiter præsumitur, *Paris. lib. 2. conf. 4. n. 30.**

XXXI.

Effectus rescriptorum subreptiorum secundus est, quod rescripta gratiæ ipso jure, *Barb. ad c. 20. n. 6.* justitiæ autem ope exceptionis infirmantur, eleganter *Bargal. de dolo c. 12 Tusch. Præcl. concl. 17. conc. l. 722. Grav. l. 1. concl. 14 Valasc. conf. 72. n. 9 Sanch. de matr. l. 8 D. 21. Trentac. l. 1. Resol. 5. n. 9. Menoch. d. l. hæc autem exceptio vocatur præscriptio mendaciorum l. 2. C. si contr. jus vel util. Zang. de Except. p. 2. c. 17. n. 1.* Rationem discriminis supra *th. 8.* dixi. Quod rescripta gratiæ ex causâ subreptionis non valeant ipso jure, in *c. ult. X. de filiis Presbyt.* de omnibus privilegiis & beneficiis principum intelligi oportet, *Aug. Barb. ad d. c. 20. Sanch. d. l. n. 64.* etiamsi ignoranter & per simplicitatem fuerit commissâ subreptio, satis enim est, quod princeps id non fuisset concessurus, si cessasset subreptio, *De. ad c. 31. X. de Rescr.* Sic rescriptum ipso jure nullum est, per quod quis privatur bonis suis sine citatione & justificatione, princeps enim non præsumitur in dubio velle derogare juri alterius, *Brunnem. ad l. 6. C. si cont. ju.*

XXXII.

XXXII.

Queritur autem quando exceptio sub & obreptionis opponenda sit? Quatenus rescriptum, negotium aliquod principale, cui præjudicium causatur, concernit, eatenus exceptio hæc est peremptoria, & post L. C. ea uti potest, contra quem, per sub & obreptionem aliquid impetratum est *Cravett. Consil. 79. n. 9. Panormit. inc. 35. x. de Rescr. n. 15* Quatenus autem non attingit principale negotium, sed temporale præjudicium continet, ut puta si impetratum sit ab excommunicato *c. 1. de rescr. in 6. vel ab incompetente iudice, c. cæterum, de rescr. in 6. Mascard. de Probat. l. 3. concl. 1123. n. 27. Frid. Mind. l. 2. de Mand. n. 3.* est dilatoria, & ante L. C. debet objici. *c. 20. X. de sent. & re jud. Mascard. d. l. n. d. 23. elegantissimè Trentac. d. l. n. 24. in fin. cum seqq.*

XXXIII.

Qui autem ex dolo per sub & obreptionem rescriptum aliquid impetravit, non tantum caret petitis, *Klock. V. J. Cons. 6. n. 45.* sed pœnam etiam, pro admissi gravitate, sufferre debet, uti Alexander Augustus Julio Marcello rescripsit, & à JCo Modestino receptum & relatum, est in *l. 29. ff. de l. Corn. de fals. ubi Bartol.* qui non tantum ad accusationem partis, verum etiam ex inquisitione seu ex officio iudicem contra impetrantem procedere posse, statuit, propter additam rationem, quod in delictis, coram iudice commissis, ipse iudex possit inquirere, per *l. 1. C. de Calumn.*

XXXIV.

An autem iudex ad quem, de sub & obreptionis vicio cognoscere possit, quæstionis est? Verum de rescripto juris & justitiæ nulla est justa dubitatio, imò pœna decem librarum auri iudici posita est, qui prohibet inquiri in precum veritatem *l. 3. C. Si contra jus.* Idem de executore, si executio sine causæ cognitione mandata sit, dicendum, *l. 6. C. de execut. rei. jud. Brunnem ad l. 4. C. d. t.* Satiata tamen utroque casu est, si ex meritis causæ ad Principem referatur, & in effectu

secundum decreta Principis iudicetur,

l. 65. §. 7. off. ad SC. Trebell.

TANTUM!

Nam plura addere Ampl. Fac. statutum vetat



per rescriptum huiusmodi velle ordinem
cogitatum atque inventum, evertere l. 35
XXV.

Subrepticia itaque sunt rescripta,
ratur, & in hoc essentialis illorum veritas
cujusquam injuriam Princeps non amat
tur id facere, nisi ex certâ causâ, unde p
clausulæ, e. g. clausula de plenitudine pote
dicitur, ut omnes alias clausulas virtute s
deinde motu proprio; ex certâ scientiâ; n
contrarium loqueretur, vel in contrarium f
ptomibus. &c. Hinc queritur an hæ clausu
nis? Respondent Dd. quod clausula hæc,
proprio, vitium surreptionis regulariter t
cipis disputare superbum & ambitiosum
motu proprio 23 x. de præb. dummodo cau
rint veræ, nec jus tertii lædant, aut lites, q
dus est, respiciant, Trentac. l. 1. resol. 5. d
la autem ex certâ scientiâ, & reliquæ, ea
vitium surreptionis per se purgant. Cra
l. resol. 6. per tot.

XXVI.

Queritur hic haud inconvenienter
latinitate laborat, valeat? Quod de
quia incivile est & contra obsequium p
jus voluntate & sententiâ constat, velli
stringere, arg. l. 7. C. de divers. resc. ve
verbis inseruiunt. §. 29. J. de legat. quor
demonstrent voluntatem loquentis, l.
re Canonico tamen diversum obtinet, p
nifestum in constructione peccatum fide
osa constructio non debet esse singularis
verbis quibusdam barbaris, quippe qu
occurrunt e. g. tit. de Torneamentis, tit.
& centum id genus alias: Sed de ipso
sum implicat arg. l. 8. ff. de aur. argenti.

B 3

multis vigiliis ex
estam.

veritas deside
niam autem in
cium, nec cense
apponi solent
ula efficacissima
aderus consil. 37.
unq. lege, quæ in
quibuscumq. exce
itium surreptio
nestatis vel motu
de iudicio Prin
crim. sacril. c. si
ne expressæ, fue
jure conceden
& segg. Clauu
vix habent, nec
junge Trentac. d.

um, quod falsâ
ino negandum
m, eum, de cu
subilitatem ad
i, non autem res
nomina, nisi ut
ell. legat. De ju
er. ibi enim ma
nterim hæc viti
nec intelligi de
rporo canonico
Banna foris facta
vitiis, quæ sen
deput. LL. Rom.
lib 8

